

1434. In Martio vel Aprili. Ex Orig. Arch. Regni.

117.

Wladislaus Rex Villas Tatarinowa,
Milecz, Stam, Marchwino, Jsaiczice,
Nobilis Stanislai Serce, de Jure Do-
lonico in Jus Theutonicum trans-
fert.



122

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei
memoriam. Cum inter Humane nature com-
moda nihil dignius memoria habeatur oportu-
num existit, ut Actus hominum literarum
apicibus, et tertium annotatione perhennentur
ne lapsu temporis evanescant. ^{nos} Wladislaus
Dei Gratia Rex Polonie, Nec non terrarum
Cracovie Sandomiriae, Siradie Lancicie, Cujavie
Lithuanieque Princeps, Domeranie domi-
nus et heres Supremus Rusie etc. Signifi-
camus tenore presentium quibus expedit pre-
sentibus, et futuris, notitiam presentium ha-
bituris. Quomodo ad instantes petitiones No-
bilis Serce Stanislai, villas ipsius in terris
Leopoliensi et Chelmeni Tatarinowa, Milecz,
stam, Marchwino, Jsaiczice, et districtibus, si-
tas et locatas, prout in suis metis sunt
longe lateque distincte et limitate de
Jure Dolonico in Jus Theutonicum trans-
ferimus perpetuo duraturas, Removentes ibi-
dem omnia jura Polonica, modos et
consuetudines universas, que ipsam jus Thu-
tanicum, quod Maidburgense dicitur ple-
rumque perturbare viderentur. Eximimus
insuper

Etiam in super universos Kmetrones, et sin-
gulos Incolas predictarum villarum ab om-
ni Jurisdictione et potestate omnium Regni
nostri Palatinorum, Castellanonum, Judicum,
Subjudicum, ceterorumque Officialium no-
strorum ne coram ipsis vel ipsorum aliquo
pro causis parvis rive magnis, puta furti,
incendii, homicidii, et membrorum muti-
lationis citati minime respondebunt, nec
aliquas penas solvere tenebuntur, Sed
Incole predictarum villarum coram suo
Sculteto, Scultetusque coram suo domino
vel nobis seu Judice nostro domino per
nostram litteram sigillo nostro sigillatam
avocatus fuerit seu citatus, quam jure
suo Thetunico, quod Maidburienae dicitur
respondere est adstrictus, et hoc si in re-
solvenda Justitia negligens fuerit vel remis-
sus. In causis autem Superioribus ex-
pressatis puta furti, incendii, homicidii,
et membrorum mutilationis Sculteto
pro tempore existente, judicandi, senten-
tias dandi, puniendi, plectendi plenam cla-
mus et tenore presentium omnimodam
concedimus facultatem, prout hoc ipsum
jus Thetunium in suis punctis clau-
sulis, et articulis postulat et requirit,
juribus nostris et Statutibus semper
salvis. In Cujus rei testimonium si-
gillum nostrum est appensum. Actum
et

et datum in nova civitate Sabbatho proximo
 post dominicam oculi, Anno domini Mil-
 leesimo quadringentesimo tricesimo quarto.
 Presentibus Reverendissimis in Christo Pa-
 tribus domino Alberto Dei Gratia Sanctae
 Inconensis Ecclesiae Archiepiscopo, Siqueno
 Cracoviensi, Johanne Chelmenzi, Episcopo,
 Nec non Magnifico, Nicolao de Michalow
 Castellano, Petro Palatino Cracoviensibus,
 Ceterisque Srenis et Nobilibus. Datum
 per Manus Magnifici Johannis de Conecz-
 pole Regni Poloniae Cancellarii, Nec non Re-
 verendissimi in Christo Patris domini Wla-
 dislai Dei Gratia Electi Wladislaviensis, Re-
 gni Poloniae Vicecancellarii.

Ad Relationem Magnifici Johannis
 de Conieczpole Regni Poloniae Cancellarii.

La Kopia prapriana i Originalu pargami,
 nowego Annihilowanego, u ktorogo Wiri pie-
 czę na Sienurku iednabnym Kacconym Ko-
 lora piw napot Karmalynem.

[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]